

720 inter Histica. Praecedit Umagensis.

traditur:

CAIO LVCRETIO
SEXTI FILIO ANNORVM NOVEM HORAE
SEMIS VEL HEREDIBVSQVE SVS
CAIAE ELIATAE SECVNDAE

Bartoli cod. Marc. cl. X. n. 219f. VIII.

scribe:

C · L V C R E T I O
SEX · F · AN · VIII · H · S
CAELIA · T · F · SECVNDA

721 inter Histica.

AAH
AEDE
M · TROSIVS
MAGNVS

Bartoli cod. Marc. cl. X n. 219f. XI.
3 MARCVS traditur.

722 inter Histica.

traditur:

VALERIO OPTIMO GLADIATORI
ABINO AEDILI ATINO AEDILI DVM
VIRO QVE QVINTA VALERIA PROBA
CAIA ILLA FILIA PATRI VIVENTES
FECERVNT

scribe:

..VALERIO P·F·CLA
SABINO·AED·ALTINO·AED·II
VIRO · QQ · VALERIA · PROBA
CL · F · PATRI · V · F

Bartoli cod. Marc. cl. X n. 219f. X.

723 inter Bujensia.

IN · FR · P · XX
RETR · P · IX
C O
C

In schedula solitaria inserta epistulae, quam Io. Matth. Madrucci ex Buje 7 Jul. 1676 dedit ad Sert. Ursatum, servatae hodie Patavii in bibliotheca municipali.

724 inter Histica.

OLIFIL
ABERNAE
IN · HONO
VL · POPVLO
NEMERENT

5 Kandler ms.

XIV. MVN. AQVILEIA (*Aquileja*). *Tribu Velina.*

I. ANTIQUUS. — CYRIACUM ANCONITANUM adiisse a. 1439 Aquileiam epigrammataque ibi descriptsse comperimus ex epistula eius ad Ludovicum patriarcham Aquileiensem citata ad titulum editum inter miliarios, item ex epistula alia ad Poggium quam laudavimus ad n. 781; denique epigramma n. 1260 Cenninus (cod. Magl. *conv. soppr.* II. IX. 14) diserte acceptum refert eidem Cyriaco. Unde tam duo hi tituli quam alii quidam (n. 767, 1071, 1261) reperiuntur in omnibus fere etiam minoribus syllogis saeculi XV quae pendent a Cyriaco, ut sunt praeter Cenninum Tragurini (Marc. Lat. XIV, 124), Vaticani 6875, Stoschiani sive Vat. Ottob. 2967, Parmensis, Riccardiani 996, Chigiani I. VI. 203, Angelicani D. 4. 18. Neque aliunde opinor IACOBUS DE UTINO in epistula quam de civitate Aquileiae scriptis a. 1448 ad Franciscum Barbarum (ed. Liruti *misc. di var. oper.* 2 a. 1740 p. 99sq.) quattuor quae affert epigrammata (n. 1071, 1260, 1386 et miliarium) habuit, cum praesertim primum eorum relatum supra inter Cyriacana certa exhibeat similiter corruptum. Septem illa de quibus modo egimus epigrammata cum redeant omnino ad Cyriacum, iis qui syllogas scriptas perscrutabuntur non inutile erit hic indicata habere coniuncta:

n. 767 dis deabusque

n. 781 Iunonibus sacrum. M. Magius
(inter miliarios) Imp. Caes. invictus

n. 1071 Anicia P. I. Glucera

n. 1260 domum aeternam Iulia Agapae

n. 1261 Iulia Barachus (plerumque confunditur cum tertio)

n. 1386 M. Statius Surio.

At eiusdem aetatis corpora duo alia multo pleniorem Aquileiensium syllogen exhibent, scilicet MARCANOVAE, cuius codex optimus Bernensis scriptus a. 1460 Aquileiensia recenset in parte priore quattuor tantum (cod. n. 349 = 450, 350, 448, 449) eaque ex vulgaribus illis de quibus modo diximus, at in parte posteriore longe plura n. 572—614 (in Mutinensi autem libro posteriore et minus bono Aquileiensia omnia exhibentur coniuncta); deinde REDIANVM sive Alexandri Strozze scriptum a. 1474, ubi f. 134—136' leguntur Aquileiensia epigrammata quadraginta tria, f. 138—139' Gradensia viginti sex. Ex simili libro, qui eo tempore fuit apud Luiggium Canonicum Venetum, Cortenovius excerpta dedit p. 67—72 codicis Pironiani (v. infra c. XXII); qui codex quo iam pervenerit, ignoro, certe ab hoc diversus est, quem antequam vidisse existimabam eundem esse, codex Olivanus hodie servatus inter alios libros Canonicianos Oxoniae (cf. vol. 3 p. 273). Aut ipso Rediano libro aut simillimo MARULUM usum esse inveni. Similiter sub-

nomine SCHEDARUM IACOBI VALERII et CAPPONIANARUM apud Muratorium latet Marcanova. Quibus secundariis auctoribus reiectis, cum Cortenovianus liber sane eximius parum notus sit, rediimus ad veros auctores Marcanovam Bernensem Redianumque vel potius ad Redianum solum; eius enim sylloge cum Marcanovana ita convenit, ut perpetuo hanc vineat et copia titulorum et lectionum bonitate. — Cuiusnam vero haec sylloge sit cum quaeri possit, mihi videtur non esse nisi plena Cyriacana, ut septem illa epigrammata de quibus supra diximus selecta inde Cyriacus cum amicis communicarit, sylloge autem Rediana Marcanovanaque veniat ex ipsis Cyriaci commentariis. Certe redeunt in hac septem illa epigrammata omnia cum iisdem erroribus estque haec eius communionis explicatio omnino probabilior quam si statuas alterum descriptorem receptis Cyriacanis alia adiecisse ex lapidibus. Cum tamen res incerta sit, ne nostras coniecturas legenti obtruderemus, placuit epigrammata haec tam septem illa quam quae addunt Marcanova et Strozza accepta referre *Antiquo*. — Exempla satis recte excepta sunt et Cyriaco digna, nisi quod versuum divisionem veram tantummodo in fragmentis quibusdam retinuit Redianus.

II. FELICIANUS quae in libro antiquiore Marciano primo tempore posuit f. 46. 62 Cyriacana sunt vulgaria; postea vero addita tam in Marciano quattuor epigrammata quam in Veronensi f. 112. 113 quindecim, peculiarem syllogen constituant, quae alibi nusquam reddit neque adeo adhuc a quoquam adhibita est. Auctorem laudat Felicianus in Veronensi libro amicum Nicolaum Stellam Veronensem.

III. HIERONYMUS BOLOGNA (1454—1517) in sylloge inscriptionum, quam scriptam partim manu eius, partim manu filii Iulii servat Cieogna (codd. n. 1873, 1874), rettulit inter alia etiam Aquileiensia epigrammata (cod. 1874 f. 28—31) repetita deinde in eiusdem antiquario (cod. ms. bibl. Tarvisinae quem scripsit filius Iulius) f. 36 sq., ubi haec praefatur: ‘sequuntur Aquileiensia loco antiquo (urbem sitam esse ostendunt) vetustissima monumenta, quae ipsem quandoque ruinas illas diligenter perscrutatus solita curiositate perscripsi’. Quod verum esse repperi; loca non indicantur accurate, exempla optima sunt et Accurianis comparanda. In antiquario autem cum syllogen ante oculos habuerit, ubi inde discedit, peccat; itaque ad syllogen solam attendi. Bononianis his cum usus sit Ferrarinus, quem constat diem obiisse c. a. 1493, sequitur ut aliquanto ante hunc annum Bologna ea excepit.